IOACHIMVS CAMERARIVS SEBASTIANO THEODORICO Vineſimo, Mathematicarum diſciplinarum Profeſſori in Academia Vuittenbergenſi amico S. præc. S. D.

LIBELLVM, de quo nuper ſumus hic collocuti, tandem ad te mitto. Percurri illum denuo, & nunc ſic eſſe confido limatum, vt & legi iſtud ſcriptum poſſe, & legentibus vtilitatis aliquid allaturum eſſe videatur. Nam quo pacto antea editus fuit, & pudere me illius, & aſpicientes ab hoc abhorrere neceſſe eſt. Quod quidem mea culpa non accidit. Niſi nimis facile credere, culpæ inſtar eſt. Sed hæc omittantur, nam defor-